

Heinrich Schuckmann

**Heinricus Schuckman, Iuris U. Doctor, C. Professor & Facultatis Iuridicae in
Academia Rostochiensi p. t. Vice-Decanus. Ad Solemnem Inauguralis
Disputationis Actum, die 26. Maii, de Publicis Iudiciis cum Deo, habendum.
Magnificum Academiae Dn. Rectorem, Dnn. Professores, Coeterosq[ue] omnium
ordinum Cives Academicos, suo & Inclytae Facultatis nomine, sedulo & amanter
invitat**

Rostochii: Kilius, 1653

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn732614430>

Druck Freier Zugang



✓
öffentliche Gesetze

Ruhr 1653

Heinrich Stückmann, Pres-
Daniel Conradi, Rop
mit Progr.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn732614430/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn732614430/phys_0002)

DFG

HEINRICUS SCHUCKMAN, Juris U.

Doctor, C. Professor & Facultatis
Juridicæ in Academiâ Rostochiensi
p.t. Vice-DECANUS.

AD


*Solemnem Inauguralis Disputationis Actum,
die 26. Maii, de PUBLICIS JUDICIIS
cum Deo, habendum.*

Daniel Barredt

Magnificum Academiæ Dn.
Rectorem, Dnn. Professores, Cœte-
rosq; omnium ordinum Cives Academicos,
suo & Inclytæ Facultatis nomine, se-
dulò & amanter in-
vitat.



ROSTOCHII,
Typis NICOLAI KILLI, Acad. Typogr.
ANNO CL. 19C. LIII. 1653



PUBLICA JUDICIA proveniunt ex Legibus Publicis. Leges publicæ communem totius populi salutem ab hostibus tuentur. Hostes Communis Boni, & causæ publicarum calamitatum sunt debita, maximè, quæ ex maleficiis contrahuntur, publica. Quemadmodum enim miser est & flebilis status ejus Reipublicæ, quæ mole æris alieni pressa, nominumq; civilium hinc & indè postulata, viribus verò ac facultatibus suis penitus exhausta, non habet undè solvat quæ jam pridem debuit, vel creditoribus identidem lamentantibus, præcipue egenis, viduis, orphanis, aliisq; miserabilibus personis satis faciat; ità flebilio est, & multò minor illius Loci conditio, quem crimina vel maleficia publica debito summè nocivo obnoxium reddunt. Tale debitum, quod ex delictis nascitur, Reatum vocamus. Hic, nisi mature aboleatur, supremi Numinis Ultionem, in totius Reipublicæ exitium, accersit & attrahit. Abuletur verò reatus per vindictam à Magistratu ordinario fideliter decenterq; exercitam. Sed & hic non uno modo ab iis, qui judiciis præsunt, peccatur passim. Aut enim conniventia horum & indulgentia intempestiva impunes dimittit facinorosos, aut damnofa temeritas ac præcipitantia modum in vindicando puniendo excedit. Alterum quidem, hæc præsertim tempestate, altero frequentius, utrumq; tamen venerandæ Justitiæ adversum est. Connivent in sceleribus Magistratus, cum vel non impediant, satis prouidi, ut ut imperare

dire possint, quò minus aufugiant criminou, facinore
patrato, seq; adeò suppliciis promeritis subtrahant;
vel non omni conatu, sedulitate ac studio, in qualita-
tem & circumstantias delicti commissi inquirunt, ne-
gligentius nempè instituto Testium examine, & habitâ
oscitanti causarum cognitione; vel moram, culpabilem
juxta ac damnosam, vindictæ faciunt, admittendo citrà
necessitatem ferendoq; processus æquo longiores, do-
nec fervor, qui conceptus ab initio fuit adversus crimen
perpetratum, tractu temporis deferebat; vel aliis qui-
buscunq; modis Judicium rectum pervertentes, nec eâ,
quà decet, fide, in partibus officii versantes, efficiunt-
sæpissimè, ut aut nullâ prorsus pœnâ afficiantur facino-
rosi, aut tali saltim, quæ delictis eorum minimè, secun-
dum debitam proportionem, respondeat. Contraria-
his est gravissima ac severissima Vox Dei, ansam præ-
textui cuivis & simulationi fucatae præscindens, o-
mnesq; Magistratum gerentes vel jus è tribunalibus di-
centes, ab indulgentiâ & conniventij iniquâ seriò de-
terrens. *Tolles*, inquit *Judex Universi*, *malum è medio tuū*.
Ite. *Oculus tuus ne parcito illi*. Et vicissim. *Malepcos non pa-*
tieris vivere. Hoste aliquandò obsidionem moliente
& ad fines civitatis proprius accedente, arma adversus il-
lum parantur, nihilq; intermittitur eorum, quæ facere
queant ad depellendam vim, urbemq; protinus defen-
dendam. Suborto incendio, mature cives ad extin-
guendum illud, undiquaq; confluunt, signis è turri vel
speculâ publicè datis. Pestem aliamvè luem contagio-
sam, ab initio statim, cum vel fama ejus nos terruit,
quibuncunq; possimus mediis, arcere à nobis aut averte-
re studemus. Quotusquisq; verò est, qui tantâ animi
contentione tantoq; studio, reatum, quem in Rempu-
blicam

blicam inferunt publica flagitia, quibus nulla nocentior
pestis, nullum incendium horribilis, nullus hostis tru-
culentior est, tollere sine mora; aut restinguere satagat.
Non minus verè, quam eleganter dictum est. *Multa par-
tens bonis nocet.* Aut enim corrupti punitur impunitate,
scelerum simpliciores, & ad similia designanda, in quæ
prona est & proclivis ipsa natura perversa, præsertim
impulsa & concitata exemplis pravis, velut stimulo
quodam externo, eoq; eheu! satis validos incauti non
rarò abripiuntur, aut nefandā Magistratus conniventia
& indulgentia, deteriores subindē & insolentiores
facti facinorosi, maximè, cum pessimam quoq; causam,
corruptissimum illud seculum modernum variis pingue-
re coloribus, & tenebras in lucem vertere, edocimus
nempè à principe tenebrarum, sese in Angelum lucis
multifariam transformante, egregiè novit, insultare,
deinceps probis, justitiæ veritatisq; amantibus, ac De-
um in medio generationis distortæ timentibus, eosq;
impudenter, ne sine, qui obloquantur porrò iniqui-
tati, sive occasione quacunq; ne quiter quæstia & arre-
ptā, sive operā etiam data, opprimere non verentur.
Ità crescentibus magis magisq; & invalescentibus ma-
leficiis, virtutes paulatim minuuntur, & tota aliqua
Respublica, brevi temporis spacio, ex habitu & con-
suetudine peccandi summè scelerata ac flagitiosa effi-
citur. Eò verò cum ventum tandem fuerit, ut me-
delæ vulneribus Civitatis applicandæ, cui ab initio
sanè locus erat & oportunitas commodissima, quandò
nempè paucorum punitio terrere & emendare po-
terat reliquos, postea, administratā segniter vindicatri-
ce Justitiā, locus esse desierit, pergit illicò in cœlum
clamor

clamor ex maleficiis, intentissimus, ac depositus inae-
ferior vindictam, quam invenire in terris nequivit.
Illa verò hoc modo provocata & accensa, ut plurimum
non, nisi deletis & eversis integris regionibus ac popu-
lis, sedata quiescit. Incolas primi mundi, innocuo
Noacho coævos, nihil aliud universali cataclysmo per-
didit, quam impietas, libido ac violentia, nullis sup-
pliciis coercita. Incendii Sodomitis è cœlo immissti,
causa fuit, quod cessante ab ultione debitâ Magistratu
terreno, robur acquisivit malitia, usq; adeò ut nec ju-
stis amplius, à vi & impetu reproborum grande ac in-
fandum scelus molientium, tutis ac securis esse liceret.
Benjaminitarum gentem nefaria conniventia & indul-
gentia, quâ detestandi facinoris reos, non modò non-
ulcisci, nec ad ulciscendum tradere, sed & ulturis eos
bello obsistere ausi fuerunt, totam propemodum dele-
vit. Et quid, quæ so dicendum de præsenti statu Or-
bis sic dicti Christiani. Hujus certè lacerata omni
parte, & admodum ærumnosa facies, exsecrandæ licen-
tiæ & impunitati flagitorum quâm maximè debetur.
Culpamus tuberculæ & causamur calamitatum publica-
rum autores, hos illosvè hostes extraneos; & anguem
interim ipsi in sinu fovenus, nec de verâ ærumnarum
causa in interioribus latente visceribus oportunè tol-
lendâ, solliciti, ut fas est, sumus: Imò notoria non-
rarò delicta, quæ vel fama publica & candida simplici-
tas accusat atq; condemnat, ut recti quâdam specie, ti-
tulovè honesto, velut nitenti velamine involvantur
non difficiles concedimus. Sit alicubi cœdes com-
missa, statim audies, vel casu fortuito, vel necessariâ
defensione factum extenuari. Sint patrata adulteria,

nescio, quo non honoris pallio illa hodiè obducuntur: Et sic porrò in cœteris proceditur vitiis, non aliter, ac si Divinum Numen, vel, quæ geruntur in terris, menteq; quis yolvit, nesciret, vel non curaret penitus. Oculum profectò omnia tuentem & abditos cordium recessus perscrutantem, eumq; acerrimum & justissimum vindicem scelerum, sine respectu personarum judicantem, fallere nemo potest. Lento quidem gradu, ait Valerius Maximus, ad vindictam sui procedit divina ira, tarditatem tamen supplicii gravitate compensat. Ethinc illud est, quòd (quæ Ciceronis verba sunt) poenas luunt (malefici) non tām judiciis, quæ quondam nunquam erant, hodiè multifariam nulla sunt, ubi sunt facta, tamen persæpè falsa sunt, ut eos agitent in sententurq; furiæ non ardentibus tædis, ut in fabulis, sed angore conscientiæ fraudisq; cruciatu. Causam huic miseriæ præbet connivens in sceleribus Magistratum, sive superiorum sive inferiorum, oculus Divino, nisi resipiscat, Judicio obnoxius, ubi nullum planè effugium, nulla valebit excusatio speciosa, nedum ea, quæ peti ab exemplis aliorum, simili utentium indulgentiâ, solet. Rationem enim pro se ipso redditurus DEO quilibet est. Quotquot igitur Christianorum, quibus commissa est à summo Numine regendi judicandique potestas, sapere volent, rectius in posterum suo fungentur officio, &, ne à gentilium sanioribus condemnentur in die novissimo, ruboreq; suffundantur, mature caverbunt. Notabilis est illa Aristotelis sententia: Oportet bonos provocare ad virtutes per præmia, malos autem, per poenam, insanabiles penitus exterminare. Et hæc Ciceronis: Noxia par poena esto, ut in suo vitiis quisq;

quisq; plectatur. Siquidem, ut Historicorum non poterimus verè olim dixit, multum ad coercendam auidiam valet propositum punitionis exemplum, cum ipsa miseri præfensi forma viventes, & ad recordationem admonet conscientios, & ad sciscitationem cogit ignaros. Sicut vero conniventia & indulgentia intempestivæ, quæ crebrior hodiè est, sic imprudentia quoq; & præcipitantiæ temerariæ, non patrum corruptuntur Judicia publica. Et huic quidem corruptelæ oppositæ sunt salutares in Jure nostro Leges, quibus cayetur, ne committant quicquam Judices criminalem exercentes jurisdictionem, quod pugnet sive in excessu sive defectu cum ipsa sacrosanctâ Justitiâ. Tametsi illa omnia quæ eo fine à legumlatorib; ad defensionē cumprimis innocentium prudenti consilio prodita sunt, hodiè ad stabilendam detestabilem conniventiam, contrâ mentem, ac intentionem statuerunt, quod calumniatorum est, ab intempestivis laxioris disciplinæ noxiæq; indulgentiæ patronis, quod ex animo dolendum, nefariè passim detorquentur. Sed quā Conscientiâ id fiat, viderint illi, qui audire conscientiæ dictamen constituerunt. Ad istas vero Leges & Constitutiones Juris nostri, composuit Præstantissimus atque eximus Vir Juvenis DN. DANIEL CONRADI, Ulz. Luneburgicus, J. U. Candidatus, Theses, quas inpræsentiarum exhibet. Inaugurales. Is annos natus duodecim Brunti gam venit, institutione usus Viri de Scholis trivialibus bene olim meriti. Cunij, usq; dum ad hanc nostram Universitatem velut mercatum literaturæ uberiorē concederet. Atq; hinc quidem, non nisi jactis fundamentis Logicis, Ethicis, Politicis, & perceptis Jurisprudentiæ

nostræ

nostræ Elementis, discessit; Abiit vero post ad Julianum,
Illustrissimorum Principum ac Ducum Brunsvicensium
& Lunæburgensum Academiam, ibiç; integrum bien-
nium lectorius pariter ac disputatoriis Collegiis transe-
git. Eo exacto repetiit Universitatem hanc nostram Ro-
stochensem; Et hic porrò per annos duos cum dimidio,
in curriculo studiorum suorum perrexit; habuitque
permissu Facultatis nostræ, Collegium, cum Lecto-
rium super Institutionibus Justiniani, tum Disputato-
rium Sutholtianum, præter Disputationes duas, qua-
rum alteram, continentem S E L E C T A ex LL. præ-
cipue Justinianæis, sub Præsidio Dn. NICOLAI Schu-
hen/ J. U. D. & P. P. Alteram de Feudis, Præside
DN. HENRICO Rahnem/ J. U. D. & P. P. publicæ Dis-
quisitioni submisit, nec absq; Auditorum applausu de-
fendit. Admissus prætereà, à Collegio Facultatis no-
stræ ad Examen privatum, talem se in eo præstitit, cui
summos in utroq; Jure Civili & Canonico honores,
quos decenter exambiit, conferre deinceps decreveri-
mus. Superest Examen publicum, in quo stabit, volente
Deo Dn. Candidatus, die 26. Maji, horis matutinis & po-
meridianis, Disputaturus, uti diximus, de PUBLICIS Ju-
DICIIS, practicâ ac scitu necessariâ materiâ. Ad hunc er-
gò solemnē Inauguralis Disputationis actum, omni, quo
decet modo cohonestandū, Magnificū Dn. Rectorem,
admodū Reverēdos, Consultissimos, Experientissimos,
Clarissimos, Præstantissimos, Dnn. Professores, Docto-
res, Licentiatos, Mysteriorum Dei dispensatores, Lin-
guarum ac artium Magistros, Studiosæ Juventutis co-
ronam, omnesq; literatos & literatorum fautores amicè
ac dulò invitamus. P. P. Rostochi, sub Sigillo Fa-
cultatis nostræ Die 15. Maji Anno


M. DC. LII.




Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn732614430/phys_0011](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn732614430/phys_0011)

DFG





the scale towards document

quod minus aufugiane criminis, facinore
ad eò suppliciis promeritis subtrahant;
i conatu, sedulitate ac studio, in qualita-
stantias delicti commissi inquirunt, ne-
npe in instituto Testium examine, & habitâ
arum cognitione; vel moram, culpabilem
osam, vindictæ faciunt, admittendo citrâ
erendoq; processus æ quo longiores, do-
i conceptrus ab initio fuit adversus crimen
tractu temporis defervescat; vel alii qui-
is Judicium rectum pervertentes, nec eâ,
e, in partibus officii versantes, efficiunt
aut nullâ prorsus poenâ afficiantur facino-
ltim, quæ delictis eorum minimè, secun-
proportionem, respondeat. Contraria-
ma ac severissima Vox Dei, ansam præ-
& simulationi fucatae præscindens, o-
tratum gerentes vel ius è tribunalibus di-
ulgentiâ & conniventâ iniquâ seriò de-
inquit Iudex Universi, *malum è medio tui.*
ne parcito illi. Et vicissim. *Maleficos non pa-*
Hoste aliquando obsidionem moliente
tatis propius accedente, arma adversus il-
lihilq; intermittitur eorum, quæ facere
ellendam vim, urbemq; protinus defen-
porto incendio, mature cives ad extin-
tundiquaq; confluunt, signis è turri vel
è datis. Pestem aliam yè luem contagio-
statim, cum vel fama ejus nos terruit,
possimus mediis, arcere à nobis aut averte-
Quotusquisq; verò est, qui tantâ animi
antoq; studio, reatum, quem in Rempu-
blicam

A 2

blicam